

EXPOSITIO.

93. HYDRIA nomen est Græcum, significat vas aquarum, seu aquæ destinatum, ut ita fieret miraculum evidens, cum nullum esset vinum in receptaculis illis. Et de huiusmodi amphoris quatuor explicatur ab Evangelista: primum numerus, scilicet sex; secundam qualitas lapideæ; tertiâ usum ad purificationem Iudeorum; quartam magnitudo, dum dicitur capientes singula metretas, de quibus omnibus sequentibus quaestionibus. Quid verò metreta significet, valde difficile. Vox est Græca, pro qua Plinius transtulit cadum. Dioscorides lib. 5. ait, unam metretam capere duodecim congios. Maldonatus tenet, quod una metreta haberet tres Arrobas, ut Hispanicè dicitur, & ideo sex hydris ad minimum capiebant triginta sex Arrobas: nam ipse existimat, quod Evangelista de anaquaque dicat, quod sustineret metretas binas, vel ternas. Et quod Evangelista (ait ille) non omnino iustam earum mensuram posuit, sed in dubio relinquit, dicens, metretas, binas vel ternas, fidem auxit historis, mendaces enim nunquam dubitanter loquuntur, omnia quæ dicunt intrepidè, & minime hæsitantes affirmant. Probiè est viri moderari verba, ut certa pro certis, Cajetani Toleti, has hydris non esse aequales, sed quod quædam capiebant duas, quædam tres metretas.

Plin. Dioscor. Maldon.

Mendaces omnia pro certis affirmant.

Ruperr. Cajetan. Tolet.

QUÆSTIO XXIII.

Quare hydris erant sex?

94. QUÆSTIONEM hanc excitat numerus hydriarum, cur plures essent, vel pauciores, sed tantum sex? Respondent primo Cardinalis Hugo; quia hæc duæ, vel tres tantæ multitudini non sufficerent: Iudæi enim ob suas superstitiones ad immunditias vitandas facile huiusmodi lavacris utebantur, de quo statim. Tamen multa in hoc numero mysteria inveniunt sancti Patres. Et primo D. Augustinus tractat. 9. Beda, inquit: sex hydris sex ætates significant, quibus non defuit prophetia; tempora enim illa, ait Augustinus, inaniter current, nisi in eis Dominus Iesus predicaretur. Secundò D. Antonius Ulisip. serm. in Dominic. 2. post. Epiph. adhærebo in significatione nominis Cana Galilææ, ut supra dixi, inquit. In Cana Galilææ, id est, in anima, quæ zelo amoris jam transnigravit de vitis ad virtutes, sex hydris sunt contritio, confessio, oratio, jejunium, elemosyna, & illata iniuria ex corde remissio. Hac sunt, quæ purificant penitentes ab omnibus peccatis Idem ferè habet D. Bernardus serm. 1. in eadem 2. Domin. Tertio idem D. Bernardus serm. 12. ex parvis. Intelligimus, ait: has sex hydris postas esse sex observationes servis Dei prepositas, in quibus tanquam Iudæi purificari debeant. Sunt autem istæ, silentium, psalmodia, vigilia, jejunium, opus manuum, carnis munditia: quas virtutes latè explicat sanctus Pater. Quarto Theophylact. ait: Per aquam tu quidem intellexis

Hugo.

August. Beda.

Ant. Vlysi.

Bernard.

Theoph.

dissolutionem nostram & molliem in vita, ad doctrina: per hydras vero sex quinque sensus, per quos in operibus labimur: & sextam hydriam rationalem vim per quam in doctrina periclitamur. Itaque Dominus noster, siquid est in nostris sensibus, & ratione inhpidum, atque aqueum, in vinum convertit saporiferam, & lætificans cor.

QUÆSTIO XXIV.

Quare hydris erant lapideæ?

95. VALDE mirum, quòd hydris, non lignis, vel ex alia materia, sed tantum lapideæ erant. Ad quod respondet primò Albertus Magnus. In lapide non possunt vinum, ut ita fieret manifestum, vasa illa esse valde aliena ab illo liquore. Secundò D. Gaudent. tract. 2. Videmus, ait, quæ sint apud Gentes per allegoriam sex illa hydris lapideæ. In unoquoque homine sex quadam inesse numerantur: visus oculorum: auditus aurium, odoratus narium, loquela oris, atque tactus manuum, incessus pedum, Conversi igitur ad fidem oculos levamus ad Dominum. Itaque antea eramus lapideæ simulachra Gentium: at ubi ad aquas Christi baptismatis devenimus, in saluterum mutamur liquorem odoris gratiæ, omniumque virtutum. Tertio D. Bernardus serm. 13. ex parvis. Per sex hydris, intelligit sex observationes iustorum. Erant autem lapideæ, quia huiusmodi via est valde lapidosa, & saxea. Quod autem, inquit S. Doctor, illæ hydris lapideæ dicuntur, significat, quod sine aliqua difficultate observari non possunt, & quod dura, & aspera est via, quæ ducit ad vitam.

95.

Albert. Mag.

Gaudent.

Bernard.

Via iustorum valde aspera

96. Iusti constantes sint.

Bernard.

Beda.

97.

Bernard.

Exod.

Iustorum actiones ratione regulantur.

Philo.

rebus

rebus sit clarior, quam veritas. Vult igitur Scriptura figuratè docere te, sapientis actiones fulciri veritate rationeque, &c.

QUÆSTIO XXV.

Quare hydris postas erant ad purificationem Iudeorum?

98. Chrysol. Evangelista undique ostendit vasa illa à vino aliena esse, & ideo ait Chryostomus homil. 21. Quare illa particula, secundum purificationem Iudeorum, numquam in his vinum fuisse, ostendit; Nam cum Palestina aquarum inopia laboraret; rari enim illic fontes scaturiunt, hydris illæ aqua semper plenæ servabantur, ne si quando immodi fierent, longius flumina petenda essent, sed propè purgarentur. Ut si convivantium aliquis immunditiam aliquam haberet, in eis purgaretur: nam, ut dicitur Marc. 7. 3. Pharisei, & omnes Iudæi, nisi crebro laverint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum. Ac proinde huiusmodi vasa aquaria solum erant, lavacrisque destinata, atque in convivis apponi solita.

98. Chrysol.

Marc. 7.

99. Gaudent.

Suorum mores unusquisque obicit.

100. Ambros.

Quod temporale transiit, quod spirituale permanet.

Secundò, & moraliter D. Gaudentius tract. 2. Non possum, ait, parcere transiens purificationi Iudeorum immunda: lavant polluta corpora, abluta statim pollutum: semper lavant, semper impari sunt; & ut dicitur Isai. 64. 6. Illi laterem quem paraverunt in Aegypto, Pharaone Diabolo, exhibentes se ipsos arma iniquitatis peccato. Semper unusquisque antiquorum mores ebibit, cum igitur in Aegypto Iudeorum majores operibus lutati, laterisque instarent, & inde frequenter pollutum, seu idololatricæ fæce inquinatum abluerant: inde huiusmodi consuetudo est ad posteros derivata, non ex lege, sed ex majorum traditione, ut sæpius lavatis se immergerent.

Tertio D. Ambrosius serm. 13. alias 2. de Epiph. Ausim dice, inquit, illas hydras; non solum illi convivio, sed universo mundo pretiosam illam ministrare substantiam; nisi quod nobis melius administrant. Constat enim ex istis vasculis illos hausisse ebrietatem, nos haurire iustitiam: illos percipisse vini poculum, nos calicem salutis accipere. Et, si dicitur fas est, apud illos pertransisse quod liberam, apud nos verè permanere quod sumosimus. Hydris suum omni mundo dabant liquorem: Iudæis, erant impositæ secundum eorum purificationem; vinum ministrabant ad temporalem lætietatem, quæ citò defecit, atque evanuit, in eis enim nihil permanens, fixumque erat; aliter verò nobis Christianis divinam illam largiebantur substantiam, quippe cum saluteris Domini sanguinis calicem præfigurarent, quid spirituale, æternum, ac durabile conferebant.

QUÆSTIO XXVI.

Quare Dominus in hydris, & non aliis vasibus miraculam operari determinat?

101. Aderant in mensa pocula, aderant alia vini propria vasa, cur ad miraculum

perpetrandum hydris eligit? Prima & germana mihi solutio est. Ad evidentiam miraculi, quoniam si in vasis viniferis fieret, aliquis sibi persuadere poterat, præter opinionem aliquam ibi esse vini partem, vel ex ejus fœcibus aquam infusam vini saporem reddere; at dum in aquaticis vasis fit hæc suspicio ablegatur. Secundò, Hydris erant valde magnæ, & ut est probabile, triginta, & novem vini Arrobas plus, minusve, ex conversione habuere; tunc responderet Albertus Magnus: Dicitur quantitatem vini ex numero vasorum, quæ oculis non poterant; quia si unum vas fuisset, & parvulum, credi potuisset, occultè illud esse allatum cum vino: sed plena sex vasa tam magna occultè asportari non poterant, nec in convivio poterant celari. Tertio Maldonatus. Voluit Christus, non solum præsentis inopis subvenire, verum etiam multum vini sponso remanere; tum ad illius paupertatem sublevandam; tum ad miraculi facti diuturnum testimonium, & monumentum: aliquod enim excitamentum requiritur, ut homo in gratitudine perseveret, in Deique laudem moveatur.

Germani fati.

Albert. Mag.

Maldon.

Monumentum ob gratiam induit.

102. Sacra Eucharistia ubi est munditia recipitur.

Sedulius

Deus largissimus dat plusquam desideramus.

Isai. 45. Isai. 44.

Cyrril.

Exod. 16.

Quartò, Vasa illa, cum ad Iudeorum purificationem postas essent, purissima erant, ut notat D. Thomas, ideo existimo, quòd hydris ad hanc vini conversionem eliguntur, quòd sacram Eucharistiam adombrabat; tanti enim mysterii, figura in mundo tantum, puròque loco receptaculum habere poterat. Quintò, & ultimo Sedulius lib. 3. Palchal. cap. 1.

Mensisque per omnes

Dulcia non nato, rubuerunt pocula vino. Implevit sex e go lacus hoc nectare Christus; Quippe ferax qui vitis erat, virtute colona Omnia fructificans.

Non in poculis, sed in vasibus amplissimis: Quippe ferax, qui vitis erat, Dominus vinum creat; nam licet ministri parvam aliquam vini affectarent quantitatem, tamen non nisi largissima amplitudo, quæ esset valde superabundans, è Dei manibus venire potuit. Propheta pro minutissimis aquæ guttulis ad Dominum clamabat, dicens Isai. 45. num. 8. Rorate cali des per. At Dominus quid dicat Isai. 44. num. 3. Effundam aquas super siccitatem, & fluentia super aridam: & effundam spiritum meum super semen tuum. Propheta guttulam petit. Dei tamen magnificentia, & liberalitas inundantem divini Spiritus torrentem largitur super terram. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Isai. orat. 2. Multo magis inquit, optabile esse dicimus, languentibus amore pietatis, ut divinis, & intelligibilibus mædiciam rivulis; & spiritualibus consolationibus; Dominus ut populum suum in deserto aleret, Manna dedit ei, ita tamen ut super numerum filiorum Israël multum super pedicaret; nam qui dimiserunt usque manè, scaterere cepit, & computruit; Exod. 16. num. 20. Sed cur divina Providentia cælestem panem, Angelorum manibus formatum non ita concedit, ut nec superfluit, nec desit? Cur permittitur, ut tantus panis putrescat: Cum è manibus Domini veniret, strictè dari non potuit; & potius voluit Dominus panem divinæ Providentiæ putredini exponere, quàm quòd divina liberalitas in superabundantia deesset; Dei enim manus limitationem nesciunt. Unde eleganter ait D. Cyprianus epistol. 2. ad Donat. Non enim, ait qui beneficiorum Cyprianus terrenam nos est, in capeffendo munere cælesti mensuræ.

mensura, vel, modus est: profluens largior. Spiritus nullis finibus premitur, nec coercentibus claustris intra metarum certa spatia frenatur, manat igitur, & exuberat affluenter.

Ioannis 2. num. 7. Dicit eis Iesus: implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum.

VERSIONES.

Syriacus. Implete has hydrias aqua. S. Gaudentius Vocatis ministris dixit tract. 2. eis Iesus: Implete hydrias istas.

EXPOSITIO.

103. Virginitatis oratio semper exaudita.

NUM hic supponit Evangelista, & duo explicat. Supponit, Virginis orationem exauditam; Christus namque ob eam vinum miraculose produxit. Tamen hoc non explicat Evangelista, quia nihil magis consuetum, & frequens, quam Virginis preces esse exauditas, eisque Christum annuere. Exprimuntur autem Christi mandatum, & ministrantium obedientia. Christi imperium: Implete hydrias aqua. Cum convivium magna ex parte esset absolutum, erant vasa ob frequentem Judaeorum purificationem evacuata; jubet Christus, ut impleantur aqua; nam cum haec sit nostri Baptismatis materia, ideo, ut ait Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 9. Prima rudimenta potestatis sua aqua auspiciat Christus. Cum vero ministri a B. Virgine essent instructi: Impleverunt eas usque ad summum. Et ut verè obediens, nec querunt, nec serotantur; cur id fieret, cum alias aqua inutilis videretur. Et licet Christus, implete usque ad summum, non præciperet, tamen vera obedientia omnia cumulate præstat.

Tertull.

Amateria Baptismi incipit Christus.

Vera obedientia omnia cum utaq; præstat.

QUESTIO XXVII.

Quare Christus Dominus vinum ex nihilo non creavit?

104.

VALDE notatu dignum, quod nec vinum nec panes, nec pisces Christus creaverit, cum ad hoc haberet potestatem; sed pisces, & panes ad saturandos quinque hominum millia de superexistentibus multiplicavit: ita vinum hic produxit, non ex nihilo, sed ex aqua, quæ in hydriis erat. Respondent primò Chrysostr. homil. 21. Theophylactus, D. Thomas. Ex nihilo aliquid facere, majus, & mirabilius est, quam facere ex subiecta materia: non ita tamen evidens, & credibile multis! nam existimare poterant, si vinum ex nihilo factum fuisset, quid phantasticum esse, ut ait Albertus Magnus; vel aliqua arte aliunde asportatum. Cum autem illam ipsam aquam, quam suis oculis viderant, & manibus asportaverant, in vinum

Chrysostr. Theophyl. S. Thom.

Albert. Mag.

repererunt convertam, miraculum nulli est expositum calumniæ, nec aliquis inficiari potuit. Secundo. D. Irenæus lib. 3. cap. 11. D. Bonaventura. Ut se omnium creaturarum Dominum manifestaret, qui unam in aliam transmutabat pro sua voluntate, & ita fieret evidens, quomodo omnia sint ei subiecta. Unde inquit D. Chrysostr. D. Thomas Non ex nihilo fecit, sed ex creaturis ad confutanda diversa dogmata. Nam Marcionitæ, & Manichæi dixerunt, alium esse conditorem mundi, quam Deum. Et idem Dominus ex substantiis creatis plura miracula fecit, ut ostendat, ipsas substantias esse bonas, & à Deo creatas. Tertio Albertus Magnus, Non ex nihilo fecit, ut pote convenientius divinæ operationi, qui non spernans est materiam, quam creavit: mutavit de duobus qualitatibus contrariis, quæ sunt frigidum, & humidum, in calidum, & siccum. Excellentia Principis, ac Domini est, ut rem, quæ fecit non contemnat, sed semper ad meliora producat.

Irenæus, Bonavent.

Chrysostr. D. Thom.

Albert. Mag.

Reverend. ad altiora promovet.

105. D. Thom.

Haymon, Scriptura adimpleta.

106.

Facilioribus mediis utendum.

Rupert.

Majoribus aliquis excellentia gradus reservandi.

Origen. Eathym.

QUESTIO XXVIII.

Quare vinum ex aqua potius, quam ex alia re fecit.

107.

COMMUNIS ratio litteralis est: quia inter aquam, & vinum est magna similitudo, & dissimilitudo. Similitudo, quia uterque humor liquidus, & communis potus; dissimilitudo verò, quia contrarias habent qualitates, ut notavi superiori quaestione ex Alberto Magho. Propter similitudinem miraculum valde credibile; propter dissimilitudinem verò valde mirabile. Alias rationes morales ex sanctis Patribus adducamus.

Albert. Mag.

108. Maximus.

Unum beneficium pignus ad aliud.

Maxim.

Antiquus in equo tubiliandus.

109. Ambros.

Per obedientiam homo creatus in spiritu sancti donis.

Ambros.

Primò Divus Maximus homil. 6. de Baptismo; D. Augustinus ait, potentiam suam manifestans, aquas inquit, vertit in vinum, quas sanctificavit in Baptismo, nobilitavit in nuptiis. Christus in Baptismo corporis sui tactu aquas sublimavit, nunc in nuptiis ad majora provexit, dum in sui sanguinis figuram in vinum eas vertit; unum enim Domini beneficium ad majora est veluti pignus. Secundò idem Divus Maximus homilia 1. de Epiphania. Tam grande miraculum, inquit, inter parva circumstantiis silentia sola tantum voluntas Domini tacens efficit; nec dubitandum curvisissimè quia ipse aquas traduxit in vinum, qui eas ab initio convertit in nives, duravit in glacem; Ægyptiis vertit in sanguinem, & Hebræis siccantibus manare arida de rupe præcepit, quæ innumerabilem multitudinem populorum situlicidii fontis vice maternorum uberum nutrebat. Inter omnia elementa aqua maximè obsequium præstitit Deo in beneficium populi sui: nam in Ægypto pro ejus egressione convertitur in sanguinem; obdurat in glacem; atque grandinem; in deserto è rupe profluit; ad ingressum terræ dividitur Jordanis; & tandem perpetuo rote fecundat terram; quæ igitur per tot ac tam antiqua tempora servierat, magna fuit transmutatione nobilitanda, admirabilique rerum figuræ extollenda.

Tertio Divus Ambrosius sermone 13. alias 2. de Epiphania. Cum ex vili aqua, ait, optimi saporis vini voluit gustare convivas, hoc signo totum utique resurrectionis mysterium continetur. Aqua enim utilis, pallens, & frigida in vinum versa, scilicet pretiosum, rubrum, vel ignitum, hoc signum fuit hominis substantiam, conditione vilem, imbecillitate pallentem, morte frigentem, in resurrectionis gloriam coloratam, spiritu immortalitatis ignitam. Aqua naturam humanam significat, & in ea primum Christus operatur miraculum, ut denotetur; quod dum homo Christi mandatis obedit, statim transmutatur in generosum æternitatis vinum sancti Spiritus calore ignitum. Quarto idem D. Ambrosius sermone 4. de Epiphania. Ministri inquit, haurimus aquam de puteis, vinum in hydriis; invenimus; atque ut liore dispendio perdunt, quod imperebant. Ministri ad Dei iustum hydrias ex obiecta humilique materia implent, & tamen pretiosam substantiam invenimus; minima atque parva, in Dei obsequium data, in magna crescunt, & amplissima. Quinto Berengolus Abbas lib. 1. de Inventione & laud. b. S. Crucis, cap. 16. agens de hac aqua in vinum conversione in Evangelio Tom. 1.

sione, tandem concludit: Sicut habemus ex traditione fidelium, in convivio nuptiarum aqua in vinum, lex in Evangelium mutabatur; ut & nos in aliam imaginem ita transformemur ab Omnipotentie, ut sicut quando ne in corpore, ita nunc in mente. In hoc Christi signorum initio nostra adumbratur conversio, nam homo Christi dicitis obediens, sicut hæc aqua antiquam frigiditatem, atque naturam relinquere debet; & in aliam sancti Spiritus igne inflammata transmutari.

Berengol.

In conversione relinquitur.

110.

Sextò Eusebius Emisenus homil. 5. de Pascha; Emisenus. Quando ait, nuptiali tempore, id est, quando sponsus Ecclesie sue Paschali exultatione jungendus aqua in vinum convertit, manifestè præfigurabat multitudinem Gentium de sanguinis sui gratia esse venurus. Per aquas enim populos significari, sacris Apoc. 17. aperitur eloquiis, sicut legimus: A, hæc ista quas vidisti, populi sunt, & Gentes & lingue. Apoc. 17. v. 15: In vino autem sanguinem Domini Passi nris ostendi. Et latè prosequitur. In hoc convivio nuptiali designabantur nuptiæ inter Christum; & Ecclesiam solemnizatæ, in quibus Gentes, in aquis figuratæ, in vinum, nempe in sanguinem Christi cum quo uniantur, transmutantur & fit unum corpus mysticum; ac ideo ait ipse Eusebius: In Sacramento altaris vino aqua miscetur, quia Christo fidelis populus incorporatur; & insurpatur. In hanc sententiam eleganter ait Paschasius lib. de Eucharistia cap. 11. Bene in hoc mysterio nostri signa per aquam admittitur, ut unusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat, & in melius transmutatum.

Populus fidei unitur cum Christo.

Euseb.

Paschas.

111.

Septimò, D. Gregor. homil. 6. in Ezech. sic ait. Qui mutare aquam in vinum potuit, etiam vacuas hydrias vasis vino statim impleat, sed impleat hydrias aqua; jubet; quia prius per sacra lecti omni historia corda nostra replenda sunt, & aquam nobis in vinum vertit. Utilissima est lectio Scripturæ sacræ quæ per aquam significatur Sapient. 15. n. Sap. 15. 3. Aqua sapientia salutari potabit illum. Dum cor nostrum veritate impletur Scripturæ sacræ, statim mens nostra imbuitur, vinoque Spiritus sancti inebriatur, ac in cælestium mysteriorum contemplationem rapitur.

Gregor.

Lectio Scripturæ implet cor.

112.

Octavò Divus Augustinus act. 9. per aquam insipidam, & frigidam, intelligit legem veterem, quam veniens Christus in suavitissimum, saporiferumque vinum Evangelicum mutavit. Nondè Paschasius cit. ca. 11. per aquas significari, ait, ignorantiam ac insipientiam nostram, quam Christus in salutiferam doctrinam cum vera iudicantia mutavit. Et ita loquitur ille: Quis sapientiam aquas Dominus iactico commutasse legimus, ut in sapientia nostra evanescat, vinum iudicantis in nobis exuberat.

August.

Christus ignorantiam nostram in iudicantiam mutavit.

113.

Decimò, D. Bernardus serm. 2. de nuptiis, considerat Christi verba, Implete hydrias aqua, Per aquam timorem intelligit, per vinum charitatem; quia multoties dum nostrum timorem acerbique iudicii, ac poenarum concutitur, mens igne charitatis inflatur. Ait ille: Incutite metum, & spiritum tam vasa, quam corda replete, quæ tempore veniant, inticiandi sunt & ipsi: A timore tuo commus spiritum sanctum. Undecimò, D. Bernardus ait: Pri-

Hor.